



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

72. Episcopi illitteratis, & imperitis, coadjutores, aut vicarios ad tempus deputare possunt cu[m] portione fructuu[m], incorrigibilesq[ue] punire, & beneficiis privare.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

erum distantiam, sive difficultatem parochiani, sine magno in commodo ad percipienda sacramenta, & divina officia audienda accedere non possunt, novas parochias, etiam invitis rectoribus, juxta formam, cap. ad audientiam de Eccles. adiſc. constituere possunt, concil. Trid. cap. 4. de reform. ead. sess. 21. & ibi cong. fact. concil. quod habet locum, etiam si essent subiectae regulatibus, ut in decisi. sub. tit. Mediolanen. & facit, cap. & temporis. 16. quæſt. 1. <sup>71</sup> Illis autem sacerdotibus, qui de novo erunt ecclesijs noviter erectis præficiendi, competens portio; arbitrio Episc. ex fructibus ad ecclesiam matticem quomodo cumque pertinentibus, debet assignari; & si necesse fuérit, populus compelli potest ad ea subministranda, quæ ad vitam dictorum sacerdotum sustentandam sufficiant, eod. c. 4. §. illi autem, & d. c. ad audientiam, de Ecc. adiſc.

<sup>72</sup> Décimo, ut etiam † ecclesiārum status, ubi sacra Dōo officia ministrantur, ex dignitate conservetur, Episcopi etiam tanquam Sedi Apost. delegati, juxta formam iuris, citra tamēn præjudicium obtineantur, uniones perpetuas quartūm cuncte ecclesiārum parochialium, & baptismalium, ac aliorum beneficiorum curatorum, vel non curatorum, cum curatis, propter earum paupertatem, & in ceteris casibus à jure permisīs, etiam si dictæ ecclesiæ, vel beneficia essent generaliter, vel specialiter reservata, & qualiter cuncte affecta, quæ uniones revocari, nec infringi queant, facili posse, ut in cap. 13: sess. 24. de reform. non tamen possunt uirtuti parochiales Abbatij, & dignitatibus, & a 40. annis factæ ab Ordinarij sunt examinandæ, ut d. c. 13. <sup>73</sup> ita per congreg. facti conciliij suit deci-

sum super eod. cap. 13. sub tit. Pertusen. & Elnen. nec aliqua pars fructuum uniri potest ut ibi sub titulo Latianen. neque, si omnes, ad quos spectat, consentirent; ut ibi sub titulo Pérus Regularibus autem, nec parochiales, neque alia beneficia simplicia uniri possunt, ut ibid. sub eod. tit. Perus. & facit, cap. unio, 10. quæſt. 3. cap. & temporis, cum sequi. 16. quæſt. 1. cap. sicut unire, extra de excess. Pralat. & c. 1. de rer. perm. in 6.

Undecimè eadem auctoritate † Episcopi, uti Sedi Apost. delegati, illitteratis, & imperitis, si alias honestæ vitæ sint, coadjutores, aut vicarios ad tempus deputare, partemque fructuum eisdem pro sufficienti vietu assignare, vel aliter providere possunt, quacunque appellatione, & exceptione remota, eosque, qui turpiter, aut scandalose vivunt, postquam præmoniti fuerint, coercere, & castigate, & si adhuc in sua nequitia incorrigibiles perseveraverint, eos beneficijs, juxta sacrorum canonicum constitutiones, exceptione, & appellatione quacunque remota, privare possunt, c. 6. de reform. sess. 21.

<sup>74</sup> Illitterati enim, imperiti, & scandalosi non placent in Ecclesia Dei, cap. illitteratos, 36; dist. cap. ignorantia, 28; dist. cap. quia frater, 7, quæſt. 1, cap. nisi cumpri dem, de renunc. & cap. cum ex eo de elect. in 6.

Duodecimè Episcopi, etiam tanquam Sedi Apostolicæ delegati, † transfore possunt beneficia simplicia, etiam jurispatronatus ex ecclesijs, quæ vetustate, vel alias collapsæ sunt, & ob eorum inopiam riequeunt restaurari, vocatisq; quorum interest, in matrices, aut alias ecclesiās locorum eorundem, seu vicinorum, eorum arbitrio, atque in eisdem ecclesijs altaria, vel capel.